

num obtemperans, talem fecit sermone, qualis exercitatio...

Scoti ad Christum conversi, Monachorum quorundam ductu...

PALLADIUS primus Scotorum Episcopus a Celestino PP. missus...

Ninianus Episcopus sanctitate, & miraculis clarissimus, Caese...

UNUS Archiepiscopus Hamburgensis, sacra legatione in Daniam...

GODSCALCUS Rex Megalopyrgensium, & Herulorum saepe zelo...

Sub Bretislao Boemorum principe floruit D. Procopius. Patria...

sacra cum illis, & munus vigiliarum, precumque, & jejuniorum...

ADALBERTUS II. Pragensis Episcopus, Roma, quod sponte exulatum...

Adelwardus ab Adelberto Hamburgense metropolitano missus...

Joann. Scotus, Magnopolensis Episcopus, apud principem Vandalorum...

ARNULFUS Brixienfis, Christianae religionis predicator egregius...

Tempore Frider. II. Imper. Berchtoldus Franciscanus Ratisbonensis...

Ortho Bembergensis Episcopus, a Boleslao Polonorum ducto evocatus...

Bernardinus Senensis, postquam Italiam omnem Christi nomen...

cum esset factundia, & doctrina insigni. Urbinatione, Ferrarientem...

Joan. Capistranus, Ord. Minoritarum, Bernardini ejus, qui primus...

Joann. Capistranus a Nicolao V. P. M. Boemis convertendis delimitatus...

C. Cui Resp. Florentina, egestis Medicis Caroli VIII. Gallorum Regis...

Concio opere adimplenda. Sed factores verbi, non auditores tantum requirit Apollolus...

omnes demonibus tot annos mancipati essent, posteaquam Lusitanorum...

* Benjamin Diaconus in carcere biennium detentus, dum ea lege...

* Egregius etiam sui talenti dispensator S. Franciscus, quem rogasse...

* Nullius vero personae conditionem spectandam, exemplo S. Joan. Baptiste...

Sed factores verbi, non auditores tantum requirit Apollolus. Cujus doctrinae...

totus in lacrymas abiit: ac causam percontanti Alberto, quid in tantum fletet; Saracenorum, respondit, calamitatem, & Christianorum ofcitantiam, atque ingratitude, causamque addens, Si namque, sicut, hęc prædicatione facta fuisset Damasci in centum millium errore convertendos fuisset. Refert Bernard. à Busto Par. 1. Res. sermo 3. Beyerl. supra.

* Quid tandem de devoto fœmineo sexu dicemus. Requirit honesta quædam Matrona ab omnibus domesticis num concio effect facta? Respondentibus illis iterum, atque iterum, & factam affirmantibus, eo quod certo certius interfuissent immò notabilia quædam ex ea proferrent; Dieta est, inquit, illa, sed necdum facta concio. Superest enim nunc faciatis, & quæ audistis opere adimpleatis. Sciebat autem, quòd qui auditor est verbi, & non factor, comparetur à Jacobo Apostolo, viro consideranti vultum nativitatē suæ in speculo. Consideraverit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Recenset P. Joan. David in Verid. Christi. cap. 97. Beyerl. supra.

* PRÆDICATIONIS EFFICACIA.

De prædicatione Christi, & Joannis Baptistæ, plenæ sunt Scripturæ novi Testamenti, quanta cum virtute fuerit peracta. Sed non exigua virtus fuit, quando accepto Spiritu S. Petrus ad populum concionem habuit, & apposita fuerunt credentium, quasi tria millia, in illa die. Act. cap. 2.

Cum audissent Athenienses Paulum loquentem de resurrectione mortuorum, quidam iridebant, quidam vero dicebant: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exivit de medio eorum. Quidam verò adherentes ei crediderunt, in quibus Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. Act. 17.

Veniens Paulus Bethzabam in Synagogam Judæorum, & quidam susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent: Et multi crediderunt ex eis. Ibid. c. 18.

* DOCTRINA, ET MISSIO necessaria.

Cum S. Augustinus ordinatus Ecclesiæ Hipponensis presbyter circa annum ætatis 36. à S. Valerio ejus loci Episcopo cogere tur Dei verbum populo ministrare, ipse cum non tanta esse doctrinæ sibi videretur, ut tam grande munus obiret, inducias saltem petiit in sequens Pascha, quò in divinis scripturis fieret eruditior. Extat adhuc libellus unum ipsum ea de causa tunc oblatum Episcopo in epist. 248. quem hic breviter ergo prætermitto. In Epist. ejus 148. an. Dom. 391.

Id ita esse exemplo docet D. Gregorius. Quidam, inquit Felix nomine, Martia Provinciæ nobilis, pater hujus Castorii, qui nunc nobiscum in Romana urbe demoratur, cum venerabilem virum Dei famulum Equitium sacrum ordinem non habere conspiceret, & per singula loca discurrere, atque studiosè prædicare, cum quodam die familiaritatis ausu adit, dicens, Qui sacrum ordinem non habes, atque à Romano Pontifice (Symmacho ejus nominis VI.) sub quo degis, prædicationis licentiam non accepisti, prædicare quomodo præsumis? qui ejus inquisitione compulsus vir sanctus indicavit, prædicationis licentiam qualiter accepit, dicens: Ea, quæ mihi loqueris, ego quoque vobis ipse pertrahido. Sed quædam nocte spes medicinalis mihi per visionem infusa, atque in lingua mea medicinale fermentatum, id est, flubotomum

D posuit, dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum. Atque ex illo die, etiam cum voluero, de Deo tacere non possum. Tantus quippè illum fervor ad colligendas Deo animas accendit, ut sic monasteriis præfesset, quatenus per Ecclesias, per castra, per vicus, per singulorum quoque fidelium domos circumquaque discurreret, & corda audientium ad amorem patriæ cœlestis excitaret. Erat verò valde visus in vestibus, atque ita despectus, ut si quis illum fortasse neficere, salutatis etiam resalutare dispiceret, & quoties alla tendebat ad loca, jumento sedere consueverat, quod esse despicabilis omnibus jumentis in cella potuisset reperiri, in quo etiam capistro pro freno, & vervecum pellibus pro sella utebatur. Per semetipsum sacros codices in pellicis faculis missos dextro, lavoque portabat latere: & quoque pervenisset, scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium, & accusatus apud Rom. Pontif. & comparare justus, mox cum honore fuit dimissus. D. Greg. lib. 1. Dial. cap. 4. apud Bar. tom. 6. ann. Dom. 504.

Anno primo à confirmatione Ordinis Dominicanorum,

dum gloriosus Pater Dominicus orationi intentus, ac servidus pro dilatactione sui Ordinis in Ecclesia D. Petri Apostoli instat gloriosus Apostolorum Principes Petrum, & Paulum in spiritu ad se venientes conspexit, & dicens: Vade, prædica, & quia ad hoc ministerium electus es. Et paulò post videbatur sibi fratres suos in universum orbem videre dispersos, binos, & binos incidentes, & Apostolica munia devotè, ac sedulo adimplentes. Quare quasi divinitus edoctus, Tolosam rediens, eos disperdit, alios in Hispaniam, alios in Galliam, alios in Italiam, & Germaniam dirigens, ad fidem Christi annunciandam, & novum ordinem dilatandum, & fratribus tunc ibidem præfecit Fratrem Mattheum Gallicum in Abbatem, sed post hunc nullus fuit in Ordine Abbas nuncupatus. Anton. Senensis in Chron. Ord. Prædic. an. 1217.

O B E D I E N T I A.

Incidit prior in Albigenses Cruciatæ expeditio in annum Christi M. CC. X. vel IX. Crucem prædicante Jacobo de Vitriaco, qui cum Fulcone de Gandavo socium prædicationis sibi adficeret summis precibus contenderet, nec tamen Fulco precibus locum daret, mirè penas detrectatis obsequi dedit. Rem his verbis exponit Cantipratanus, qui eo tempore vivebat: Venerabilis Fulco de Gandavo natus Canonicus apud Insulas erat. Hic, ut nobis ipse narra vit, de seipso, & Magistro Jacobo de Vitriaco Legato, & prædicatore Crucis contra Albigenses, rogatus ut secum Crucem per Flandriam prædicaret, renuit. Cui cum infisteret per amicos, ut eum adjuvaret in negotio Ecclesiæ tam necessario, & devoto, renuit, ille secundo, & nullo modo se hoc facturum asseruit. Tunc Magister Jacobus illum magis præceptum timere confidens; Et ego inquit, præcipio vobis auctoritate, qua fungor, ut in nomine Jesu Christi, in remissionem omnium peccatorum vestrorum istud negotium assumatis. Cui dicitur Fulco: Nullo modo, inquit, assumam: & ego rogo vos, ut nequaquam me de hoc ulterius fatigatis. Mox Magister Jacobus in corde graviter commotus, & fere usque ad lacrymas fatigatus ait illi: Cum utique dignè possem auctoritate mihi commissa vos excommunicare, & omni beneficio jam privare propter inobedientiam contumacem; nolo tamen, ne tanto viro tantum gravamen videar ingerere. Rogo tamen Deum, qui omnium cordium G est inspector, quatenus reddat vos non solum ad istud, quod spernitis, sed profors ad omne opus inutilem. Mirares. Mox ad hæc verba quartana febris eum cum fluxu ventris invasit, & usque ad finem vite sue per viginti quatuor annos intermedibiler fatigavit. Thom. Cantipr. lib. 1. Apum. cap. 2. Jacob. Meyerus lib. 8. Annal. Flandr. an. Dom. 1210.

E X E M P L U M V I T Æ.

B. Egidius Minorita D. Franciscus socius, audiens aliquando Dominum vineæ, quæ propinqua erat habitacioni ejus, vitutores suos objurgantem, iisque dicentem; Fate, fate, & non parlate, id est, operamini, operamini, & verba faciant, cum ingenti fervore ex cella prorumpens clamavit alta voce: Audite vos concionatores, quid iste vir dicat: Facebant verba, & manus operi admoveantur. Loquens aliquando cuidam scientiam, & doctrinam suam mirè præstanti: Si, inquit, universa frugifera humus unius ditione teneretur, qui tamen eam non coleret, quis inde fructus ad eum rediret? Certè nullus; contra si alius parvum habeat agrum, cumque diligenter excolat, & profè, & pro alii percipit. Non est igitur, quòd nimum fidas scientiæ tue, nam etiam omnibus disciplinis, & artibus sis instructus, nihil tibi contulerit, si bonis operibus sis destitutus. Sur. Tom. 2. in Vit. 23. April.

O S T E N T A D I V I N A.

Ad peccatores concionando permovendos necessium ferè modo foret illo uti consilio, quo usus fuit in Hibernia S. Patricius. Ubi cum se prædicationibus nihil proficere videret, Deum precatus est, ut ostento aliquo hominum illorum dicitur commollire, quo ab erroribus jam tandem respicerent, & ad veram religionem converterentur. Divinitus admonitus humi circulum designavit, atque inibi terra penitus subsidente hiatus ingens apparuit, magnæque omnibus incussit terrorem, ne in profundum adhi pœnas jam incredulitas darent. Ut ita dicam, infernum quasi illis patentem ostendit, quo absorbendi essent, nisi se emendarent. Vestigia hujus hiatus adhuc demonstrari perhibentur. Ita opus est hodie quoddam

H I S T O R I C A.

quoddam ad gehennæ fauces perducere, immò etiam extrema pedum parte igni admove re adeo verbis, & prædicationibus nihil commoveri videntur. Ita strepitus rerum mundanarum per aures, animumque cum ingenti tumultu ruerunt, & fluentem facit, ut insitum verbum non suscipiant, quod possit salvare animas eorum. Facti sunt instar aspidis furdæ obturantis aures; quæ non exaudire vult in cantantibus, & venefici incantantes sapienter. Marc. Mucul. lib. 3. cap. 4.

F R U C T U S.

Cum Alphonsus à Spina Franciscani Ordinis in Conventu Palentia religiosus, insignis concionator, animarum salutem supra modum sitiret, in id præcipue incumberebat, ut aliquos Christo lucrificeret. Cumque ex melancholica imaginatione subtristior quadam die effectus putoe juxta Minoritici Conventus Vallesoletani sacrum areret, & anxius cogitaret, num frequentissimis suis concionibus fructum fecisset, vocem è sublimi delatum sibi præcipientem, ut situlam ex trochlea pendentem in potum demitteret, aquamque hauriret, audivit. Cui cum obtempesserat, viginti quatuor subalbos lapillos Jesu nomine insignitos juxta viginti quatuor conciones, quas paucis ante diebus ad populum Vallesoletanum de B sanctissimo nomine Jesu habuerat, in situle fundo invenit. Ex quo demum eventu confirmatus, omnibus nervis prædicationis officio in postero incubuit, atque doctissimum libellum, cui Fortalitium fidei titulus est, edidit typique mandavit. Franc. Cox. de Eruc. Seraphica relig. part. 3. Convent. 2.

E S T I M A T I O.

B. Catharina Senensis sæpè vestigia Prædicatorum humi impressa excolabatur. Causamque hujus rei interrogata dicebat, Dominum sibi aliquando animarum existentium in gratia decorem, & pulchritudinem ostendisse: cujus illa amore sic capta, & incensa erat, ut continere se non posset, quo minus terram oscularetur, cum eorum pedes calcasset, qui ministerio verbi Dei amicos à peccati deformitate creptas honestare, & pulchras efficere contenderent. Sed quid mirum si facies animæ divini Spiritus gratia decorata, & divinæ pulchritudinis particeps effeda sic ad sui amorem incendat, quando honestas illa, quam philosophi naturali virtute affecti potuerunt, si oculis humanis cerneretur, mirabiles sui amores excitaret? Deinde tanta ejus pulchritudo est, ut summi ille formatur conditor, & amator, intelligens nullam animam decorem suum assequi posse, nisi sanguinis sui rubore tingetur, & passionis acerbissima meritis juvaretur, non dubitaverit sanguinem suum fundere, ut hac tanta pulchritudine animas honestaret. Quod illa Apostoli verbi significant: Christus dilexit Ecclesiam, &c. Lud. Granat. in Sylv. locor. communium, class. 3.

* De illis, qui in tepidè, & libere verbum Dei prædicant, & vitia, ac errores coercuerunt. Vide Locum de Correptione, Reprehensione, Libertate, & Veritate.

E X E M P L A S A C R A.

Innumera extant exempla illorum, qui summa animi magnitudine, & libertate in Principum vitia pro Dei gloria investiti fuerunt. Nos quædam in hunc locum transtulimus, sed per compendium, alibi fufius.

Sic legitimus Moysen, & Aaron testitisse Pharaoni, eumque objurgasse, in lib. Exodi. Nathan David. 2. Reg. 25. Helium Joam. 4. Reg. 13.

Sic Elias Propheta regi Achab exprobravit idololatriam. 1. Reg. 18.

Ochozias etiam regem reprehendit, quòd consulisset Beelzebub. 4. Reg. 1.

Azarias Sacerdos Ozia regi incensum super altare adolenti restituit. 4. Reg. 15.

ISAIAS ordinæ concionem suam: Væ genti peccatrici, femini nequam, &c. Idem omnes propheta prædicare, neque timerent vultus potentum, quo minus illos intrepidè redarguerent.

Ita Herodem Joan. Baptistæ, & Christi redarguerunt. Matr. 14. & Luc. 13.

Paulus quoque Ananiam Principem Sacerdotum se percuti jubentem libere redarguit, quòd sedens judicaret eum secundum legem, & contra legem eum jubere percuti. Act. 23.

Neque aliter Petrus, Joannes, Stephanus, ceterique Apostoli sese in hoc munere gesserunt, ut constat ex Act. Apostoli.

Abundant istiusmodi exemplis Sanctorum historię, è quibus pauca hic congerimus. Notissima sunt divinorum eloquiorum gladio commissa certamina, Basilii contra Valentem Imper. hæreticum; Greg. Nazianz. contra Arianos, Macedonianos, & ipsum Julianum, Joan. Chrysol. contra Gamam Arianorum Principem, & Eudoxiam Imperatricem, quàm publicè alteram Herodiadem appellavit. Idem restituit Arcadio Imperator pro Arianis templum poscenti. Qua de re vide Theodor. 1. 5. c. 32. Baron. ann. Chr. 400. Galsiodorum 1. 10. c. 3.

S. Hilarius Episcopus Pictaviensis non dubitavit Constantinum Imper. Arianum appellare Antichristum. Bar. anno 360.

THEODOSIUM Augustum ob eadem Thesalonica commissam Ambrosius acriter corripuit, & Ecclesiæ aditu interdixit. Hist. tripart. 1. 9. c. 36. Baron. ann. Christi 390.

De Gelasio Pontifice ad versus Andromachum Senatorem, & Rom. qui Lupercalia instituebat, debacchante, refert Baron. tom. 6. ad annum 496.

Hoc modò Bernardinus Senensis Duci Mediolanensi: Columbanus Theodorico Gallorum Regi: Antonius de Padua Ezelino Principi Italiam vastanti: Fulgentius Transamundano Regi: Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis Angliæ Regi Henrico: Item ejusdem regni Regibus Eustachio, & Eduardo, Dunstanus ejusdem Cathedra possessor: Agapetus Pontifex Justiniano illicite quadam extorquere volenti: Gedcon Caroviensis Episcopus Miecislao Polon. Principi: Henrico VIII. Anglorum Regi Joan. Eischerus Episcopus summa animi magnitudine, & libertate in suis facinoribus restiterunt, ut constat ex historiis, & vitis eorumdem.

* A D Q U O S S P E C T E T

C O N C I O N A R I.

Prædicare est actus proprius Episcopi, dignior, quàm baptizare, inquit D. Thom. 3. p. q. 68. art. 1.

Unde S. Paulus quasi ultimis verbis alloquitur Timotheum suum jam moriturus, & velut testamentum condens, ei commendat munus prædicationis, dicens: Prædica verbum. Est namque primum, & proprium officium Episcopi, ad quod jure divino obligatur, ut docet Conc. Trid. sess. 24. cap. 4. Caveant ergo, & terrantur Episcopi, ait Theophrast. in cap. 4. Epist. 2. ad Timoth. & pastores, qui non prædicant.

Sunt namque Episcopi veri Ecclesiæ, & Dominici gregis Pastores, quibus incumbit ex munere commissum sibi populum pascere salutaris doctrinæ pabulo, & lupum instar canis latrati suo acere, ne rapiat, & disperdat oves. Hinc S. Ambrosius lib. 2. de off. cap. 1. agens de se ad Episcopatum compulso, ait: Jam effugere non possumus officium docendi, quod nobis refugientibus imposuit Sacerdotii necessitudo, ac capitis primi Epigraphæ est, Episcopi proprium munus est docere populum. Et Apostolus sicut requirit Episcopum irreprehensibilem, ita etiam vult Doctorem, & ut sit exemplum fidelium in verbo, & attendat lectioni, exhortationi, & doctrinæ: utque sit potens exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Ad Tit. cap. 1. Ideoque vult Timotheum instare, & prædicare verbum opportune, importune, id est, assidue, & sine intermissione. In cujus rei symbolum datur Episcopo in consecratione liber Evangeliorum, ut infra verbis Card. Bellar. demonstrabimus; & Mytra bicornis scientiam utriusque Testamenti adumbrat, quæ in Episcopi pectore debet residere. Sed & pedum, sive baculus pastoralis ei in manibus datur superiore sui parte recurvus, ut significetur Episcoporum munus esse ad se trahere illos, qui extra ovile sunt, aut eorum infirmitates sustinere debere, qui in illo jam manent.

Nihil sanè antiquius, & convenientius habebat S. Cyprianus Episcopus Cathaginenis, quàm Dei verbum assidue prædicare. Semper inquit, enitor, vel maxime quotidianis Evangeliorum tractatibus aliquando vobis fidei, & scientiæ per Dominum incrementa præstare. Immo tanta erat, inquit in vita illius Pontius ejus Diacon. sacri cupidus sermonis, ut operaretur sibi passionis vota contingere, ut dum de Deo loqueretur, ipso sermonis opere necaretur. Quin inter causas, quæ Regem Catholicum moverunt, ut novi Episcopatus per Belieum erigerentur, unam hanc reperimus. Concionandi necessitatem præsertim pullulantibus his novarum hæresion monstris: quod munus idcirco primi Episcopi strenue usque ad mortem cum suo fructu animarum exerceverunt, & exemplum egregium successortibus suis idem etiam faciendi reliquerunt.

Certè Apostoli, quorum successores sunt Episcopi, saltem quoad functionem, proprium munus sibi incumbens aestimaverunt prædicare. Ideoque initio nascentis Ecclesiæ, cum murmur

con-

exortum esse circa dispensationem communium facultatum, cui illi intendebant, convocata multitudine discipulorum dixerunt, non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Ac designatis septem diaconis, addunt, non orationi, & ministerio verbi instantes erimus. *Act. cap. 6.*

Quinam vero præter Episcopos ad dispensationem verbi obligentur, declaravit S. Synodus Trident. *sess. 24. cap. 4.* his verbis: Prædicationis munus, quod Episcoporum præcipuum est, cupiens S. Synodus, quò possit frequentius ad fidelium salutem exerceri, mandat, ut in Ecclesia sua ipsi per se, aut si legitime impediti fuerint, eos, quos ad munus prædicationis affument: In aliis autem Ecclesiis, per Parochos, sive ipsi impeditis, per alios ab Episcopo deputandos, in civitate, aut in quacumque parte diocesis, sacras scripturas, divinamque legem annuntient, &c. videtur *Concil. Lateran. 10. sub Innocent. III. 4. quare Tit. de Episcopis.*

Idem Concil. *sess. 5. cap. 1. de reformat.* statuit, & decernit, Omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primate, & alios Ecclesiæ Prælatos, teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerint: teneri inquam, per se ipsos, &c. ad prædicandum. Item mandatur omnibus Archiepiscopis, Diabanis, & quibusvis aliis, Parochiales, vel alias curam animarum habentes Ecclesias, quocumque modo obtinentibus, ut plebes sibi commissas per se, vel alios idoneos pascant salutaribus verbis, &c. Legatur tota ea constitutio, quæ prolata est, multaque in hanc rem opportuna præscribitur.

EPISCOPI QUI CONCIONATI ASSIDUE.

Episcopus animarum nostrarum Christus, cujus spiritu universum Ecclesiæ corpus sanctificatur, & regitur, circubar omnes civitates, & castella, docens in Synagogis, & prædicans Evangelium regni, & post Ascensionem ejus Apostoli perpetuo in his missionibus occupati, totum peragraverunt orbem terrarum, & instar solis omnia regna luce Evangelii collustrarunt.

S. Paulus assiduus erat in concionando: Vos fecitis, ait, quomodò nihil subtraxerim utilium, quò minus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos: per biennium nocte, & die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum, memores estis laboris nostri, & fatigationis nocte, ac die. *Act. 20. ad Thim. 1. 1. 1. 16.* Sibipsum quoque vix comminatur fide non Evangelizaverit. *1. Cor. 9.*

S. Cyprianus nihil antiquius habebat, quam Dei verbum assidue prædicare, quippe qui solet quotidie illud populo annuntiare, ut ipse in *exordia libri de disciplina, & bono pudicitia* tradidit, dum ait: Semper entor, vel maxime quotidiani Evangeliorum tractatus aliquando vobis fidei, & scientie per Dominum incrementa præstare. Quid enim aliud in Ecclesia Domini utilius geri, quid accommodatius officio Episcopi inveniri, quam ut doctrina divinorum per ipsum inlinuata, collataque verborum, possint credentes ad repositum regnum pervenire cælorum, hoc certo mei & operis, & muneris quotidianum votivum negotium, absens licet, obtinere conitatur. Hæc ipse per literas exhibens quotidianum pensum, quod præsens tunc reddere minus posset, qui verbo Dei semper intentus inter concionandum extremum diem claudere habere in votis. Tanta S. Cypriano (ait Pontius Diaconus) fuit facti cupido sermonis, ut optaret sic sibi passio- nis vota contingere, ut dum de Deo loqueretur, in ipso sermone opere necaretur.

Hæc felicitas, quæ S. Cypriano in optatis fuit, videtur amantissimo crucis Andrea Apostolo contigit, qui ex desiderio sibi suspensum patibulo, biduo quo supervixit, non cessavit tanquam egressu populum docere.

In Duntano Cantuariensi in Anglia Episcopo insignis erat verbi divini prædicandi ardor, quo in opere dum versaretur, die quodam Christi Ascensionis facto, ecce in templo oranti ingens multitudo Angelorum candidata assuit, monentium, se venisse ad eum in cælum deducendum, si tamen paratus esset: quibus ille, quod ad ipsum attineret, se quidem esse paratum, sed tamen molestè laturum, si tam celebri die populus suus facti verbi patibulo privaretur. Tum Angeli excusatione accepta, diem proximum ejus migrationi præstinant, quò deinde cum magno suo gaudio defunctus est.

S. Ambrosius, agens de se ad Episcopatum compulsus, ait *1. de offic. cap. 1.* Jam effugere non possumus officium docen-

di, quod nobis refugientibus imposuit Sacerdotii necessitudo. Illius primi capitis Epigraphæ est: Episcopi proprium munus est docere populum. Est enim Presbyteris, quoque & Diaconis prædicandi potestas concessa sit, ea tamen olim proprie fuit Episcoporum. Nam Episcopi proprie succedunt Apostolis, Apostoli autem *Act. 6.* dicunt: Non est bonum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

S. Greg. *lib. 1. de pastor. 1. proemio*, ita scribit: Præconis officium suscipit, quisquis ad Sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribilis sequitur, ipse clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nefcius, quam clamoris vocem daturus est præco munus? Fortes, perseverantesque Doctores velut impubilibus ligna querendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ Ecclesiæ unitatem demerunt, & quasi intromissis circulis arcam Domini portant. Velibus quoque arcam portare, est bonis Doctoribus sanctam Ecclesiam ad rudes infidelium mentes prædicandi deduci. Qui auro quoque jubentur operari, ut cum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitæ splendore fulgeant.

Iustini quoque Martyris censura est: Qui possunt docere, nec docent, damnationem incurrunt. *In Dial. cum Trip. Et Venerab. Beda: Qui prædicationis verba retinet, male dicitur, qui in solius culpa silentii pro multorum, quos corrigere potuit, peena damnatur.*

Galdinus Sala Archiepiscopus Mediolanensis non solum verbis prædicat, & jejuniis, omnique vitæ sanctimonia nititur, sed etiam fervido animarum zelo, ita ut ad concionibus ad populum habendis, Catharique præsertim hæreticus confutandis nunquam cessaret, in quo etiam munere immortuus est. Sic enim tradunt, quodam die concione finita simul etiam animam Deo tradidisse.

Gulielmus Hollandiæ Comes, idemque Rom. Imp. Christianum II. Moguntinum Archiepiscopum, ut in bellum fecum proficisceretur monerat, ait ille: Episcopi, inquit, munus est verbum Dei prædicare, non armis decertare. Christus enim Petro gladium in vaginam recõdere præcepit. Etenim verbum Dei populo annuntiare me iusseris, præsto sum. Scio enim id esse mei munus.

ALDEBERTUS Pragæ Episcopus, dum effrenem, & indomitam plebem nullis prædicationum sollicitationibus ad modestum vivendi rationem redigere potuisset, Episcopatum reliquit, & summi Pontificis permisso, ad Cœnobium Cassini montis perveniens, monachum se fecit. Si quis, qui tanta animi sollicitudine, vociferæ contentione in monendo usus fuerat, ob incorrigibiles tamen plebes perseveratent Pontificatue se abdicavit, quanto magis timere debet lucerna sub modio posita, sal fatuum, canis mutus non valens latrare? *Crom. lib. 3. Sur. tom. 2.*

Affiduus quoque nuper fuit in prædicandi munere Robertus Bellarminus, & Fridericus Borromæus, uterque Cardinalis, & in suo Episcopatu residens multo tempore: qui etiam non semel gravi oratione asseruerunt, Episcopalis esse functionis Dei verbum gregi sibi credito annuntiare: verba Prioris à nobis paulò post adducuntur ex *libello de genui columbe*.

Sed nostro etiam etiam sæculo Belgium inter primos suos Antifites, indefessè quoque habuit concionatores, Janse- nium, Lindanum, Sonitium, Cuijckium, Cunerum Petri, Petrum Simonis, & ante omnes paucos Matthiam Hovium Archiepiscopum Mechliniensem, Gulielmum Masium Episcopum Sylveducensem, viros strenuos, & disertos, & ovilis Domini assiduos Speculatores, ac Doctores.

Visum fuit præsentibus adterere prudentem, & feriam censuram *Card. Bellarmini*, qui Episcopatum Capuanum cum laude gubernavit; quam sibi finem vitæ scripserat *lib. 2. de genui columbe cap. 5.* canque ipsiusmet verbis hic adscribitur. Postquam enim ex munere Episcopi proprio, & exemplis, monitibusque Apostolicis demonstrasset, Evangelii prædicationem proprie, primario, & velut essentialiter ad Episcopatum pertinere, addidit sequentia. Hoc ipsum declaravit *Concil. Carthog. IV.* docens Episcopum lætioni, & orationi, & prædicationi verbi Dei tantummodo vacare debere. *Can. 17. 1. 20.* Cui consonat *Greg. lib. 2. Epist. 39.* cum ait: Episcopi est, de prædicationis ministerio semper cogitare.

Denique Episcopos veteres per multa sæcula hoc ipsum probè intellexisse, ipsorum scripta testantur. Maxima enim parte scriptorum Cypriani, Athanasii, Basilii, Nazianzeni, Chrysostomi, Ambrosii, Cyrilli, Augustini, Maximi, Leonis, Gregori, & alio-

& aliorum, nihil sunt aliud, nisi ad populum habitæ Concionator. Sed, inquit, alia non sunt tempora, alii mores. Ita est, alia sunt tempora, alii mores, sed non alia obligatio. Cur enim in consecratione Episcoporum nunc etiam dicitur: accipere Evangelium, vade, prædica populo tibi commisso? An non timere debent Episcopi sic ordinati, ne in iudicio audiant, cur prædicationis officium suscepisti, si illud adimplere nolabas?

Et si alia obligatio nunc esset, cur in ipso Concilio generali, nostro tempore celebrato, disertis verbis diceretur, prædicationis munus præcipuum esse inter Episcopalia munera? Et cur adhuc in Ecclesia cathedra sublimis Episcopis erigitur, nisi, ut ex edito loco populum doceant? non dedimus, inquit, operam Sacris literis, sed Jurisprudentiæ; neque in prædicatione, sed in iudicis versati sumus. At neque S. Ambrosius, neque S. Gregorius prædicationem operam dederunt, sed forensibus iudiciis. Et tamen vocati ad præfecturam Ecclesiæ continuo lætioni Scripturarum, & prædicationi verbi Dei operam dare ceperunt. Quod idem fecit nostro tempore S. Carolus Cardinalis, qui cum Jurisprudentiæ operam dedisset, & usum concionandi non haberet, & linguæ quoque impedimentum pateretur; omnes tamen difficultates Christi amore, & officii sui adimplendi desiderio, superavit, & assidue uberrimo cum fructu usque ad mortem Evangelium prædicavit.

Denique, inquit, multi sunt hoc tempore prædicatoris verbi Dei ex Ordibus religiosis. Verum est illi quidem: sed illi vocati sunt in adiutorium Episcoporum, non ut proprium munus ipsorum impediatur; neque adjuvari dicitur, qui nihil facit: & Christus ipse Apostolos duodecim, & septuaginta duos discipulos misit ad prædicandum, ut se in eo munere quodammodo juvarent: & tamen non ideo intermisit ipse assidue prædicare, & de Pastore ait: Vocem eius audite, & eum sequuntur. Itaque si Episcopi pastores sunt, ut omnino esse debent, id quoque eos præstare necesse est, ut oves vocem eorum audiant, ipsorumque vitam, & exempla sequantur. *Hæc Bellarminus.*

TEMPUS CONCIONIS. QUANDO CONCIONANDUM.

De Concione, sive Prædicatione, quæ coram multitudine, locoque publico, five ad quem plures conveniunt, inquirunt, quando ea potissimum habenda sit.

Olim die Dominico præceptum est prædicari, apud *Clem. in consil. Apostol. consil. 59.* Et id observasse S. Ambrosium in Ecclesia sua, *S. Augustinus* confitetur in *16. Confess. cap. 3.*

Nihilominus quotiescumque solemnis conventus fiebat, solitam etiam haberi prædicationem constat, & docet *August. 1. de gestis cum Emerito. Et Chrysostomus hom. 44. in Matthe.*

Sic non est jam ut olim, pretiosus sermo Dei, ut legimus *lib. 1. Reg. cap. 3.* postquam sermo ille omnipotens à regalibus sedibus venit, sed quotidie diffusundus, & crescit, ita ut in sola Civitate Antuerpiensi, quolibet die per annum festivo, fiant tam ordinaria, quam extraordinaria conciones, cum per pastores, tum per Regulares ad munus prædicationis admisso, ut minus xxxvi. Concilium Tridentinum novissime decrevit, ut saltem omnibus Dominicis, & solemnis diebus festis; tempore autem jejuniarum Quadragesimæ, & Adventus domini, quotidie, vel saltem tribus per hebdomadam diebus, concio per Episcopum, vel alium per eum deputandum habeatur. *Sess. 24. cap. 4. de reformat.* Et censuerunt Cardinales Concilii interpretes, Episcopum, qui legitime impeditus, neque enim ob aliam causam videtur ab hac functione excusandus; hoc munus prædicationis per seipsum non præstat, decernit teneri id peralium præstare suis impensis, quod in Cathedrali obtinere voluit Pius V. non obstante immemoriali consuetudine. At Gregorius XIII. hujus rationem haberi præcepit. Videri etiam jam posset circa officium prædicandi, constituto Pauli III. cap. Episcoporum 88. dist. cui Trident. non derogat.

Idem Concilium *Sess. 8. cap. 2. de reformat.* eadem rursus decernit, ut Archiepiscopi, plebani, & quicumque curam animarum obtinentes diebus festis Dominicis, & festis solemnis, plebes sibi commissas doceant, quæ omnibus necessaria sunt ad fidem. Immo si officio suo hic desint, per Episcopos compelli mandata, præsertim si ab Episcopo moniti tritum mentium factio suo muneri defuerint, per censuras arbitrio Episcopi cogi possint, ita etiam, ut ex beneficiorum, quæ obtinent, fructibus tantum defumantur, ut alteri, qui id faciat

honestæ merces persolvatur, donec principalis officio suo fungatur.

Concio verò ordinaria, quæ per pastorem fieri consuevit, qua & publicationes festorum, jejuniorum, uti & matrimoniorum denuntiationes coram populo annuntiantur, ex consuetudine fere peragitur in Missa solemni, cantato Evangelio, cui finitæ subicitur symbolum Constantinopolitanum, si quando illud in Missa legitur. Atque ita fieri etiam præcipitur in solemni aliqua professione, consecratione, aut alio officio Ecclesiastico. Quamvis in majoribus Ecclesiis cum Cathedralibus, tum collegiatis, etiam si simul parochiales existant, extra Missarum solemnia conciones habeantur, etiam à Pastore ordinario. Idque pro majori populi commoditate, & meliori directione Ecclesiastici officii.

Quin nullum diei tempus importunum est ad habendam concionem, dummodò per alium officium non occupetur, quod non compatiatur prædicationem. Cum pleraque Ecclesiastica officia certas horas habeant, quibus perficiuntur. Sanè in una Cathedrali Ecclesia Antuerpiensi sunt singulis diebus festis per annum, ætate quidem ordinariæ Conciones quinque, hycem verò quatuor: præter quotidianas quadragesimæ, & quarundam octavarum.

LOCUS CONCIONIS.

Locus prædicationis pro occasione personarum, & temporis, varius esse potest, quomodò Christus ipse nunc in domo privata, nunc in templo, nunc in Synagogis, nunc in navi, agro, monte, pro audientium capacitate, & necessitate, evangelium suum annuntiavit. Quod omnino necessarium initio conversionis, aut prædicationis Evangelicæ in aliqua Provincia. Immo Philippus ad Eunuchum in itinere missus fuit, ut illi evangelizaret Jesum.

Ceterum instructo jam populo, & ad formam Ecclesiæ redacto, ordinarius locus prædicationis est Ecclesia, sic ut regulariter extra illam, nisi necessitas, aut utilitas suaderet, fieri non debeat. Sub Ecclesia accipitur locus etiam publicus, ad quem convenit populus, ad divina officia peragenda deputatus, etiam si non sit consecratus.

Ita Christus testatur se quotidie docuisse in templo, vel Synagoga, quæ erat instar Ecclesiæ. *Matth. 26. Joann. 18.*

Paulus, & Barnabas missi ad prædicandum, primum intrant Synagogam, & ibi prædicant. *Act. cap. 13.*

Paulus etiam meminit Ecclesiarum, in quibus fierent prædicationes, cum præcipit mulieres in Ecclesiis tacere. *1. Corinth. 14.*

Angelus eductus à carcere Apostolis dixit eis: Ite, & stant in templo loquimini plebi omnia verba vitæ hujus. *Actarum cap. 5.*

Idem apud *Clementem* proditum *lib. 1. Recog.* Petrum domum Theophili Antiochiæ convertisse in Ecclesiam, & ibi constituisse cathedram, unde populum doceret.

Eusebius refert ex *Philone 1. de vita supple.* Christianos in omnibus locis constituisse sacras ædes ad celebranda mysteria.

Iustinus tradit *Apol. 2.* convenire solitos ad certum locum, ad verbum Dei, & Eucharistiæ communionem. *Lib. 12. cap. 34.*

Quamvis autem aptissimus sit locus Ecclesiæ, tamen ut diximus, non obstat alibi fieri prædicationem. Ceterum enim est etiam utilis in foro obrudui verbum Dei, qui templum nunquam intrant. Ita etiam publicis peccatoribus in ipsorum domibus magno cum fructu subinde prædicatur, ut respiciant. Nam alias ad Ecclesiam non veniunt, & ita pane illo doctrinæ ecclesiæ destituuntur. Quod fortassis etiam in patrefamilias servos ad exitus viarum, vocare quoscumque ad eccenam.

Hinc usus obtinuit concionandi in publicis plateis, ubi homines plebei, & viliores conditionis conveniunt: campis, aliisque locis publicis, ut fecisse laudatur S. Vincentius Ferrerius, Bernardinus, Petrus Martyr, Antonius de Padua, & alii nonnulli. Immo id concessum Dominicis, & Franciscanis, constat ex *element. dudum de sepult. 1. extra inter cunctos, de privileg. De Carmelitis* testatur *Card. 4. Joann. Andreas* consil. *de Regul.* Et habetur in Privilegiis mendicantium verbo *Prædicator. 5. 8. 10.* Et sicque usitatum nunc Religiosis Societatis Jesu, ut in plateis nonnunquam catechizent rudioribus, quod in Hispania obtinere constat. Quin etiam nuper Antuerpiæ hac ratione pleraque peccatrices, quæ pluribus annis corporis sui usum quæstum fecerant, ad saniorum mentem redierunt, & expiatis culpis respuerunt. Quarum cor tetigerat quidam ex prænomatis Religiosis, qui frequenter ad locum illum

illum profubilibus publicis destinatum, Dei verbum praedica- A turus venerat. Quod ut alibi eodem etiam evenitu fiat, omnino optandum.

* R I T U S.

Non alium ritum Concionatoris Ecclesiastici tradunt Scriptores, quam alterius docentis: scilicet, ut loco editiore, quo ab omnibus audiat, praedicet. Quomodo Christus extra turbam in navicula pusillum a terra deducta: & in monte etiam ad suos sermonem habuit.

De Paulo memorat Lucas, quod praedicaturus Evangelium Antiochia in Synagoga surrexit, & manu silentium indixit. *Act. cap. 13.*

Ita Petrus dicitur surrexisse in medio fratrum. Erat autem turba hominum simul ferè centum viginti *Ibid. cap. 1.*

Sed & Christus ingressus Synagoga surrexit legere Isa- iam. *Luc. cap. 4.* Nonnulli tamen volunt Judaeos sedentes do- cuisse: quia Evangelizati passim hunc in Christo situm nota- runt. Etiam in loco allegato addit Lucas, quod lecto Isia, sederit, ut doceret. Idem observatur fecisse in navicula, & in monte. *Matth. cap. 5. 25. Joannes. cap. 8.*

Postmodum in Ecclesia ex gradibus aetate, vel ex ambone habebatur sermo ad populum. De quo *Prudentius: Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal Tollitur, Antistes praedicat unde Deum.* Idem colligimus ex verbi *Sidonii, carmine 16.*

Seu te conspicuis gradibus venerabilis ara Concionaturam plebs sedula circumspicit, Exposita legis bibas auribus & medicinam.

Tribunalis, aut pulpiti nomen ad hoc propositum Cypria- nus usurpat. *Lib. 2. Epist. 5. & l. 5. Epist. 5.*

Sic olim Egidius lecturus librum legis Domini, stabat super gradum ligneum in platea, quem fecerat ad loquendum super omnes emens. *2. Esdrae 8.*

Judith quoque allocuta multitudinem super obroncato Holoferne, ascendit in locum eminentiorem. *Judith. cap. 13.*

Alius ritus veteribus observatus erat, ut silentium indicere- tur. Quod S. Paulus manu fecisse scribitur. *Act. cap. 13.*

Solebat interim in conventibus sacris, ante lectionem sa- cram, Diaconus clara voce imperare silentium. Cujus ritus mentio fit apud *Clementem 2. constit. can. 57. & l. 8. cap. 11. Istaerum l. i. offic. cap. 10.*

Egidius quoque, & Judith silentium postularunt, antequam loquerentur.

* S C R I P T O R E S.

Encomia, & officia Praedicatorum varii scripserunt. Con- sultat Lector Ludovicum Granatensem, summam Bromardi, sum- mam Diez, & alios bis affuere. Thomas in Epist. 1. ad Co- rinth. cap. 9. ait, Praedicatorum in Scriptura habere otto nomi- na. Dicitur enim Miles, Vinitor, Pastor, Bos, Arator, Tritu- rator, Seminator, & Architectus templi.

* Concoctio.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

C Oncoctio à Medicis definitur naturalis facultas, qua ci- bus in stomachum receptus mutatur in qualitatem nutri- endi parti convenientem. *Idem Graecè, ab à-Lio, quod est coquo.*

* Q U O T U P L E X.

D Triplicem concoctionem agnoscunt Medici. Primam, quae fit in ventriculo, quando ex cibo massa quaedam, seu cremor, quem Medici chylum vocant oritur, & generatur, quae immu- tatio alimenti fit per calorem ipsi ventriculo ingenitum, & spi- ritum, quem vicina partes conferunt.

Secunda alimenti concoctio fit in hepate, postquam jam alimentum per angustas mesenterii vias, & per venam, quam portam dicunt, in illud inductum est. Inibi enim novam subit concoctionem vicaloris, & spiritus, quo illa pars abun- dat. Atque hic chylus evadit in massam, quam *Chylus* dicunt Graeci, in quo 4. humores simul videntur, sanguis, pituita, flava bilis, & melancholia.

Tertia, nutritione absolvitur, & capit initium à venis tenuio- ribus, ubi jam sanguis à vicinis partibus, quibus tandem co- haerere debet, immutatur. Illis namque recrementis, quae se- cundam concoctio efficit, repurgatus sanguis excipitur ampla quaedam vena, quam cavam appellant, quae variis ramulis dis- fusa, in varias partes corporis alimentum dividit. Quò fit, ut unumquodque membrum hac sanguinis traiectione, per fle-

xuos anfractus, id quod sibi utile recipiat, & tum demum in iis perfectam concoctionem alimentum subeat. Legatur *E Galenus, & Avicenna 6. Natur. part. 1. cap. 5. Valleriola lib. 1. loc. com. 13. Peramatus l. de anima function. cap. 7. Eer- nelius lib. 2. Physiol. cap. 4.*

* Concordia.

Acorde congruente, sive conjunctio diſſa. quorum Graecè, Consularum Titulus de Conjugio, Federe, Amicitia, Fratritibus.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

O Rta contentione inter pastores gregum Abraham, & Loth, dixit Abraham: ne sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce universa terra coram te est, recede à me obsecro, si ad finitrum jeris, ego dextram tenebo: si tu ad dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. *Gen. cap. 13.*

Post Domini in caelum ascensionem, reversi Jerosolymam P Apostoli à monte, qui vocatur Oliveti, ingressi sunt concanaculum [quod nonnulli volunt fuisse illud ipsum in quo Christus Eucharistiam instituit:] erantque omnes perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, & fra- tribus illius. *Act. cap. 1.*

De tribus illis Millibus, qui ad sermonem S. Petri baptizati fuerant, & appositae ad numerum fidelium, dicitur, quod erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, nempe Eucharistiae, & orationibus. *Act. c. 2. & sequitur.* Omnes enim, qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia. *Ibid. vers. 44.*

De iisdem Fidelibus dicitur alibi, Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una; nec quisquam eorum, quo pos- sidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illius omnia com- munita. *Ibid. cap. 4.*

* EXEMPLA PROFANA, ET APOPTHEGMATA.

Sed pia Baubis anus, parilique aetate Philemon Illi sunt annis juncti juvenibus, illa Consequere casa, pauperatemeque ferendo Efficere levem; nec iniqua mente servendam. Nec refert dominos illic famulosve requiras. Tota domus duo sunt, iidem parentque, jubentque. *Ovid. 8. Metamorph.*

ANTISTHENES, Fratrum inter se concordiam dixit quovis muro firmius munimentum. Id dictum & ad civium concordiam accommodari potest. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

MUSONIDUS dicebat, nullas nuptias, sine concordia esse honestas: nec ullam societatem utilem. Improbos verò inter se concordiam alere non posse. Sicut lignum rectum cum curvo, aut duo ligna curva inter se convenire nequeunt. *Stob. Serm. 78.*

Leo Byzantius Sophista venit Athens, populo diffiditumultuanti concordiam suafurus: ubi prodidit in suggestum, corpore admodum pusillo, omnium risu obortus est. Ille fortuitam occasionem vertens in proce- mium: Quid, inquit, o viri Athenienses, si consperitis uxorem meam? quae tam pusilla est, ut vix peringat ad gena mea. Ad hanc vocem, cum major etiam populi risus sub- latus esset, subjecit. At nos tam pusillus, quando diffide- mus, vix civitas Byzantina capere potest. Ita ferè *Plut. H in preceptis politicis.* Sed eandem fabulam multo aliter narrat *Philoftratus in Sophistis.* Nempe cum prodidisset ad populum, dicitur de concordia, ipsa statim specie risum movit populo, quod obesus esset, ac ventre praegrandi. At ille nihil turbatus risu multitudinis. Quid, inquit, ridetis, viri Athenienses? Uxor mihi est me multo obesus, & tamen concordens unus capit lectulus, discordes ne tota quidem domus. Quod refert *Philoftratus*, & probabilis est, & festivus.

Isaetis Sophista. Lacedaemonii cum periclitarentur, ac de civitate membris cingenda consularent, Homerium carmen recitavit Iaxus Sophista.

Seruum hest futo, galea galea, atque vivo vir. Et adiecit. Sic mihi state Lacedaemonii, & muris cincti fu- mus. *Philoftrat. in Sophistis.*

Archidamus, à duobus inter se diffidentibus delectus arbi- ter, ambos duxit in lucum Minervae, cognomento Chalcoe- cae sacrum, ibi exigit ab illis iurandum, ut starent arbitrii iudicio, id ubi iurarent: Pronuncio, inquit, ne prius hunc locum

locum exeat, quam quod inter vos est diffidit ponatur, & A invicem reconciliemini. Reperit vir ingeniosus, quo pacto fieret, ut nec ambo offenderet recusat arbitrio: nec alterum è duobus alienaret, si pro altero contra alterum tulisset sententiam. Apud Lacedaemonios autem nefas erat sal- lere, quicquid Minervae templo promissum esset. *Plut. in Lacon.*

Agessilus, à quodam percontatus, quam ob causam Sparta membris non cingeretur? ostendit civis armatos, & unanimes: Hi, inquit, sunt Spartae civitatis membra: signifi- cans Respub. nullo munimento tutiores esse, quam virtute civium contententium. *Plut. in apoph. Lacon. Eraf. lib. 1. apoph.* Idem similiter cum alius quidam interrogasset hoc ipsum. Civitatem non saxis, lignisve, sed pro vallibus, & mœ- nibus, incolentium virtute muniti oportere, ait: quos si jungit concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior. *Plut. in Lacon. apoph.*

Callicratidas, cum ad Cyrum regem mitteretur, ut pecu- nias belli exigeret, & tæ rege bibulo non admittetur discer- sit, juravique apud comites, ut primum Spartam redisset, nihil non faceretur, ut Graecos inter se conciliaret, quo barba- ris fierent magis formidabiles, desinerentque illius regis vi- ribus inter se pugnantibus egere. Singularis profectò fuit pru- dentiae vir, quod perperit, Graecos non alia magis ratione posse reddi barbaris formidabiles, quam si depositis intellinis immutatibus, mutuum inter se concordiam facerent. *Plut. in Lacon. apoph.*

Agessipolis Pausaniz F. cum Athenienses querimonias, quas cum ipso muras habebant, arbitram delegissent Megarenum civitatem, quae controversiam inter eos componeret: Turpe inquit, Megarensis melius norunt, quid iustum sit, quam hi, quise Graecorum duces, ac rectores praestitissent. Megarenses apud Graecos male audiebant, de quibus iustatum est, quod neque primi essent, neque secundi, neque tertii, neque quarti, neque ullo in numero: cum Athenienses ple- raque Graeciae imperarent. At ipsi igitur, quibus cum licet habebat, rex nolebant finiri diffidium: simul declarans, & quam suae fideret causae, & quam adversarius non diffidere: malens clarissimae civitatis iudicio vinci, quam Megarensium arbitrio vincere. *Plut. in Lacon. apoph.*

C LYCURGUS, cum agros inter civis dividisset, & post longum tempus ex peregrinatione veniens, in agris Lacedaemonio- rum fortè manipulum acerros in messe confpexisset ordi- ne postos, ridens ad eos, qui aderant, dixisse fertur: ut tota Lacedaemone videtur multorum esse fratrum, qui nuper inter se dividerent hereditatem. Bono Principi nil jucundius erat, quam suorum civium concordia. *Plut. in Lacon. apoph.* Idem ad civem suos, qui scriperant, quo pacto hostium impetum repellere possent. Si pauperes ait, manseritis, & contentiones mutuas deposueritis. Complexus est autem unico quasi verbo, vir sapientissimus, quid civitatis exitium potissimum pariat, immodice videlicet divitiis, ac omnis concordiae ne- glectus. *Bruf. lib. 4. cap. 2.*

DEMETRIUS cum aliquando à venatione rediret ad patrem legationem iam audientem, succinctus ut erat telis accessit, eumque ofculatus confedit: Hæc, inquit, concordia regni nostri tutissimum erit praesidium. Discedentibus itaque lega- tis, Renunciate, inquit Antigonus, o viri talem amorem animi- que pietatem, qualem vidistis. *Bruf. lib. 2. ex Plut.*

SCYLURUS octoginta liberos masculos habens, cum esset D moriturus, fasciculum jaculorum singulis porrexit, iustique numpere. Id cum singulis reculasent, eo quod videretur im- possibile, ipse singula pœula exemit, atque facile confregit omnia, filios admonens his verbis: Si concordēs eritis, validi, junctique manebitis: contra, si diffidistis, & seditione distra- hemini, imbecilles eritis, & expugnati faciles. Non potuit Scythia magis fecunditæ rem ob oculos ponere. *Plut. in Apoph. Sib. serm. 82.*

THEMISTOCLES, cum Xerxes expugnatis Thermopylis cru- deliter tractasset Aftum, & hac fama perterriti classarii cogi- tarent de repetenda domo, idque perique suaderent, solus Themistocles obstitit, dicens eos universos hostibus fore pa- res, dispersos verò perituros. *Amianus Probus.*

Cui aliquando cum gravissimo seditionis morbo laboran- tes, tumultum inter se excitarent, quidam inter illos homo na- tura civilis, & pacis amans, ad eos, qui omnes amicorum fu- gura adversarios ex urbe volebant eicere: Nequaquam, in- quit, sed cum victoriam obtinuerimus, relinquamus aliquos, ne procedente tempore non habentes adversarios, nobis ipsis bellum inferamus. Atque hoc dicto persuasit, unitatem, &

concordiam in Republica retinendam esse. *Ælianus lib. 14. de varia hist. Plut.*

TYRESIUS, Scipio Africanus, cum Numantinos sapè vi- ctos jam fregisset, obsecroque tandem expugnasset: Tyre- sium principem Celticum rogavit, qua de causa Numantia, ut prius invicta, post eversa fuisset: respondit Tyre- sius, Concordia victoriam, discordia exitium praebuit. *Bruf. lib. 2. cap. 4.*

MYCIPSA rex jamjam moriturus, filios suos paterno monet affectu, ut concordēs sint, aureis semper literis scribendam sententiam addens: Concordia parvæ res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur. *Salust. de bello Jugurthino.*

SEVERUS Imperator. In gravissimum morbum incidens pos- steaquam vitæ suae finem instillare animadvertit, ad se vocavit Marcum Antonium, & Getam filios, à quibus, quid vellet, per- contatus: Facite, inquit, ut conveniatis inter vos, locupletate milites, cæteros omnes contemnite. Sciebat enim, filios regni cupidissimos post mortem de successione discerpaturos, & nisi militum animos pecunia flesterent, penitus incerturos esse. *Dion. Nicæus, & Xiphil. in vita Severi.*

JOVINIANUS Imperator cum sollicitaretur, ut responsum da- ret Macedonianis supplicantibus: Odi, respondit omne conten- tionis genus: concordiam autem unice amplector, & amo. *Ni- ceph. Callist. lib. 10. cap. 40. Eccl. hist.*

MELANTHUS, cum Gorgias Sophista recitaret in Olympia ludis apud Graecos orationem de concordia, Melanthus: Hic, inquit, de concordia totius Graeciae differit, qui sibi, uxori, & ancillæ tribus dumtaxat, ut concorditer vivant, non- dum persuasit. *Eraf. in Apoph.*

Tergeminis inter fuerat concordia fratres, Tanta simul pietas mutua, & unus amor. Invisi humanis, ut viribus ampla tenerent Regna, uno dicti nomine Gersonis.

ALPHONBUS Rex Aragonensis verus Concordiae patronus perperè dicebat: Si Romanorum temporibus vixissem, etiam templum Jovi Positorio construxissem. Rogantique causam. Uta ita, inquit, de rebus acturi, in eo primum convenirent, & contentionem omnem deponerent. Significabat autem nihil Reipublicae perniciosius, quam si cum Patribus plebs conten- tiones misceret. *Panorm. lib. 3. de Gestis ejusdem.*

Rogatus Comes Palatinus, quod esset potissimum Concor- diae vinculum, Religionis, aiebat, similitudo, & de divinis cultibus consensio. *Peucerus.*

* HIEROGLYPHICA, ET SYMBOLA.

Romani veteres per Lyra hieroglyphicum concordiam figurarunt. *Pier. Val. lib. 24.*

Rci familiaris concordiam in consortibus, per duas perdi- ces incubantes exprimere plerique voluerunt: propterea quod Perdices interdum remisso ardore illo, quo supra modum in libidinem efferae sunt, unanimi concordia mas, & femina rem familiarem curent: quippe bina quorum faciant rece- ptacula, in quorum altero mas, in altero femina incubet. *Pier. Val. lib. 24.*

Mercurii caduceus angues illos circumvolutos habens: quos ipse, ut poetae narrat, pugnantem invenisset dire- mit: Ita ut ambo caduceo ejus adhæreant, concordiae symbo- lum est, ut in antiquis numismatis apparet. *Eruditis quidam H lib. 1. Hierog.*

I.

In bellum civile duces cum Roma paraverat Viribus & caderet Martia terra suis. Mos fuit in partes turmis coarctibus eisdem, Coniunctas dexteras musua dona dare. Federis hæc species, id habet concordia signum, Ut quos jungit amor, jungat & ipsa manus. Alciat. Emblem. 39.

II.

Cornicum mira inter se concordia se esse Mutua, statque illis intemerata fides. Hinc volucres hæc sceptræ gerunt, quod scilicet omnes Consensu populi statique, cadumque duces. Quem si de medio tollas, discordia præcepit Advolat, & secum regia fata trahit. Idem.

* Concubinatus. Concubini.

Et Concubina.

QUAE OLIM.

Nomen (Concubinarum) in S. Litteris accipitur pro uxoris secundariis, quae quidem verae uxores erant, sed ignobiliores, & velut servae. Unde & altera, primaria uxor erat, & dicebatur Domina. Sic Abraham Jethrae cap. 11. Genes. dedit nomen Sarai, hoc est Domina mea. Haec autem uxor primaria dicebatur praemissis sponsalibus, dote dicta, & solemnitate, eratque materfamilias, & bonorum omnium confors, & domus gubernatrix, ejusque denique filius haeres patris, quale nihil habebant concubinae.

Concubinatus prout est species Impudicitiae, Quarta sub titulo Impudicitiae, p. Adulterium cum concubinis. Item s. Meretrices, concubinae, scorta. Item vide Tit. de Conjugio, s. Concubinatus.

Quomodo autem Concubinatus praesertim in Clericis, a Deo punitus sit, constat variis exemplis, quae reperire est apud P. Damianum Tom. 1. Epist. 3. & 8. l. 4. & 19. apud Baronium ann. Christi 1057. & notabilia, quae brevitatis causa omisimus, recenset Petrus Abbas Cluniacensis l. 1. Miracul. cap. 23.

* Concupiscentia.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Concupiscentia, quae in Graecis, & a Cupio derivatur, in generali acceptione idem, quod cupiditas, sive appetitus, sed strictius in Sacris litteris, & apud Doctores usurpatur. Idque non uno modo. Interdum enim significat appetitum boni in universum. Quomodo David concupivit desiderata justificationes Domini in aeternum, Ps. 118. Secundo accipitur pro actu, sive ipso motu desiderii, aliquando pro potentia, ut apud Augustinum lib. 6. & 4. in Julianum. ut nempse significat vim appetendi bona sensibilia. Estque ita indifferens.

Tertio, & communiter eum de concupiscentia loquimur, appellamus eam vitium, quo prout viti homines ad appetenda bona sensibilia, contra ordinem rationis. Quod vitium in carne potissimum residet, id est, in parte hominis inferiori, quam vocamus sensualitatem. Estque haec alia illa lex, quam in suis membris Paulus videbat repugnantem legi mentis suae. Et nunc eam vocat carnem, nunc peccatum, nunc hominem animalem, nunc hominem veterem, nunc corpus peccati, hoc est peccato obnoxium.

Nihilominus etiam in parte superiori, nempe mente ipsa simile quoque vitium reperitur, cum ea anima pars prona sit ad concupiscendos honores, inanem gloriam, similes vanitates. Immo nolentibus nobis parit subinde ejusmodi desideria, quamvis se maxime prodar in sensualitate. Residet ergo in appetitu concupiscibili, irascibili, & rationali, ut docet s. Aug. lib. 8. Confess. cap. 5.

QUALITAS.

Concupiscentia ita accepta non est peccatum, sed illius formae, radix, & causa, immo & poena. Non est ergo formaliter, & proprie peccatum, ut vult Calvinus; sed materialiter tantum. Estque instrumentum, quo per actum generationis peccatum originale transfunditur in posteros Adae. Et hoc est, quod dicit Theologi, motus appetitus sensitivi, & voluntatis inordinatus rationem, & liberum voluntatis assensum praevinentes, non esse peccata.

QUE VETITA.

Vult Calvinus, ejusque a seclae, prohiberi Decalogo concupiscentiam, quam paulo ante descripsimus. Motus inquam illos inordinatos, cum dicitur ix. & x. mandato. Non concupisces, &c. Sed vetatur tantum voluntaria, & libera concupiscentia, sive consensus voluntatis in illicita, cum prior non sit actus humanus, aut in potestate, vel arbitrio hominis. Hinc dicitur in precepto, non concupisces rem proximi tui. Et statim. Non domum, non agrum, &c.

PUNITA.

ACHAM ob concupiscentiam auris, & aliarum rerum habitate sorte lapidatur. Josue cap. 7. ACHAB vineam Naboth suo malo concupivit. 3. Reg. 21. Acriter punivit Deus in veteri lege, Populum desiderantem carnes in deserto, percussit enim illum plaga magna nimis,

vocatusque est locus sepulcra concupiscentiae. Ibi enim sepeliebantur populum, qui desideraverat carnes. Numer. cap. 15. E

EXEMPLA HISTORICA.

In hoc errarunt Judaei, quod ponerent peccatum contra legem solummodo in ipso actu, seu opere, non autem in ipsa cogitatione, & consensu peccati, prout ex ipso Josepho, illustra alioquin, doctore vito, non obscuri patet. Cum enim Polybius homo ethnicus Antiochum virum illustrem miserè perispe spoliare templum Dianae, Josephus ipse Judaeos reprehendit eundem Polybium, quod sic absurdè sentiret, illum propter malam dumtaxat voluntatem perispe, cum is nullatenus peccaverit, qui tantum peccare cogitavit. Quo sane casu Josephus, Judaeos alioqui praclarus, ethnico Polybio longè fuit crassior, & magis impius, quod post hanc de non concupiscentia re aliena latam, non credit etiam malas concupiscentias, & cogitationes perverfas a Deo damnari, puniri, si modo conscientus accedat, prout sole clarus intelligimus ex hoc decimo Domini precepto: Non concupisces domum proximi tui, &c. Josephus lib. 10. Antiq. Judaeorum cap. 13.

Macarius presbyter Alexandrinus cum apud magnum virum, & Patrem Antonium electos palmae ramos vidisset, ipse coluerat, petiit ab eo unum manipulum ramorum palmae. Dixit autem ei Antonius: Scripum est: Non concupisces res proximi tui. Et cum id solum dixisset, rami omnes statim tanquam ab igne torrefacti sunt. Quod quidem etiam vidisset Antonium, dixit Macario: Ecce, Spiritus sanctus requievit super te, enique mihi deinceps haeres mearum virtutum. Pallad. in bist. Laubiaca, cap. 19.

Condolentia. Condolere.

Vide Titulos Popularitatis, & Amicitiae, & Justitiae.

Sybari a Crotoniatis direpta, Milesii omnes puberes comas tonderunt, in signum luctus. Herod. lib. 6.

THESEUS priusquam veniret in Atticam, instituit sacra quadam, quae ludis, ac leticia peragerentur, quadam contra, quae morore, luctuque. Ceterum cum appulisset in Atticam, quoniam multos reperit squalidos, ac mcestos ob montem regis Aegaei, qui desperato filii reditu, pra dolore semet ipso praecipitem dedit: multos contra letitia gestientes ob filii reditum institutum est, ut in aegaei (id est, nomen festo a gestandis ramis) non nuncius ipse, fed caduceum coronatorum: deinde, qui facris interesset, emitterent has voces, & id est, id est, ita heu, quarum prior gratulationis est, & in bellicis praenibus canit folet (quod liquet ex Aristophanis Pace, ubi crebro reperitur illa, & id est, & id est) alter luctus est. Unde & dicitur Graecis, & dicitur. Haec videlicet est imago vitae mortuorum. Plus in Theop. Erasmi in Adagio.

TIBERIUS Caesar Ilienium legatis paulo feris eum ob mortuum filium Drusum consolantibus, quasi obliterata iam doloris memoria irridens: Se quoque responderit vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amississent. Suet.

NERVA post Domicianum Imperator creatus, cum in curia a Senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus, vir acer, eique amicitissimus, conditionem imperatorum prudenter exprimens, amplexus cum gratulari se ait: Senatus, & populo, provincisque, ipsi autem nequaquam, cui factus esset malus semper principis eludere, quam tanti oneris vim sustinentem, haud molestis modò, & periculis subici, sed firmam etiam inimicorum pariter, & amicorum esse obnoxium: qui eum se mereri omnia praesumant, si non quod concupiverint extorqueant, atrociore hostibus sunt. Cusp.

NON CONDOLERE.

Ex loco Inhumanitatis, & Perfidae in non condolendo huc quadam in Tit. officii neglectus erga miseros.

* Conductio. Conductum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Conductio Graece μετ' ονομα, a conduco, quod est pretio utendum accipio; definitur contractus, quo persona, vel res ad usum, vel fructum comparatur pretio, qui idem numero contractus etiam dicitur Locatio ex parte alterius contracten-

trahentium, ad eum modum quo unus idemque contractus ex parte unius vocatur Emptio, ex parte alterius Venditio. Vocis autem conducti substantivè accepti meministi Cicero oratione pro Cluentio. Solet inquit, extra portam aliquid habere conducti.

CONDUCTI LEX. IN VET. TESTAM.

Lex conducti, animalis videlicet, describitur in Exodo c. 22. vers. 15. Qui a proximo suo quidquam horum (praemissit boves, almos &c.) mutuo postulaverit, & debilitatum aut mortuum fuerit, Domino non presente, reddere compellitur. Quod si in praesentiarum Dominus fuerit, non restituit, maxime si conductum venerat pro mercede operis sui, hoc est, si illius usum mercede conduxerit, quod secus fe habere videtur, si gratis animal in favorem commodatarii praestitum fuisset.

IN CONDUCTO HABITARE.

S. Paulus describitur in Actis Apostolorum habitasse biennio toto, nempse ad usque quintum Neronis annum juxta communem expositionem in conducto suo, id est, in domo propria, quam ibi conduxerat. Usurpat enim vocem Conductum Cicero in orat. pro Cluent. substantivè. Hic Paulus multa bona opera faciebat. Eratque tum Roma Paulus, & traditio est. B. Lucam in his adibus perfecisse historiam Actorum Apostolorum, ut testatur Iovinus in c. 28. Actor. vers. 30.

Ad hunc modum videmus, novos Religiosos quos subinde Deus mittit ad utilitatem Ecclesiae, aut qui seiplos commendant ad celeberrimas civitates, primum in conducto manere, & munera Ecclesiastica obire, donec piorum benignitate, aut ipsorummet obsequiis, vel industria fixas sedes obtineant.

CONDUCTI.

Putat in funere.

Erant olim in funeribus Mulieres, quae pretio conducebantur ad tibias funebres, & canebant conditum carmen, carterisque plangendi modum dabant. Unde Lucilius Sat. 22.

Mercede qua

Conducta sicut alieno in funere praefata.

Et Horatius eum imitatus, ait:

Ut quae conducta plorant in funere, dicunt,

Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Ita & Statius in Epicalodo Patris de iis canit:

Ut Phario alia sista pietate plorant.

AD CAEDES.

Est genus hominum Italis positivum familiare, quos Africanos vocant, quorum manus ad omne scelus promptae sunt, usque utuntur ad caed. s. & mutilationes ex improvis faciendas. Quamvis proprie Aethiopi fuerint olim infideles, qui pretio conducebantur ad occidendos Christianos. Postmodum tamen quia Christiani in mutuas caedes haec etiam ratione ieverunt, ut crimen, id est & non ad omnes transivit, qui alienae vitae perinfidias adverterant.

Simile genus hominum est apud Turcas, quos Dally vocant, funtque ad omne facinus perpetrandum parati. Incedunt plumis in ipsa faciei carne insertis, quo appareant truculentiores. Lege de illis Leonclavianum de rebus Turcis. Formam eorum expressam habes Tom. 6. Civitatum, cum imagine Civitatis Buda.

Confessio.

IN GENERE.

De Sacramentali agemus postea: uti & de acceptione vocis.

PECCATORUM.

* EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Monerat Dominus Adam post peccatum cognoscere culpam suam, sed ille eam quodammodo retorfit in Deum, & mulierem, & mulier in serpentem. Unde ait: Mulier, quam dedisti mihi sociam, &c. Et post: Serpens decepit me. Gen. 3. Cain recognovit peccatum, desperans non pie confitens: Major est, inquit, iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ideo veniam non meruit. Genes. 4.

Item Pharaon dixit: Peccavi in dominum, & in vos. Et peccavi etiam nunc. Dominus iustus, & ego, & populus meus impij. Non tamen dignè poenituit. Exod. 9.

SAUL ait: Peccavi, appareat, quod stultè egerim, & ignoraverim multa nimis. 1. Reg. 26.

Item Judas: Peccavi tradens sanguinem iustum. Nullus L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

tamen ex illis veniam consequuntur est: quia non recto corde dixerunt. Matth. 27.

In sacrificio, in quo mactabatur hircus pro peccato, in hac forma fieri praecipit Dominus. Postquam emundaverit sacerdos sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viventem, & posita utraque manus super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta, atque peccata eorum, &c. Ad denotandum, quod ad emundationem conscientiae, quae fit per contritionem, & carnis mortificationem requiritur etiam confessio omnium peccatorum. Quod fieri debet per sacerdotis ministerium. Levit. 11.

Comminatur quoque Dominus filiis Israel dicens: Propter peccata patrum suorum, & sua affligentur, donec confiteantur iniquitates suas. Levit. 26.

Vir, sive Mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quae solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebantur peccatum suum. Num. 5.

Afflicti filii Israel per ignitos serpentes confitentes peccatum suum venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccavimus, quia loquuti sumus contra Dominum, & te. Unde fecit Moyses serpentem aeneum, in quem aspicientes perculli, sanabantur. Num. 11.

Confessus est & Acham peccatum suum Josue, cum dixit: verè ego peccavi domino Deo Israel, & sic feci, &c. Josue 7.

Vehementer oppressi filii Israel a Philistaeis, & filii Ammon confitentes dixerunt, Peccavimus, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Et servierunt Domino Deo, qui doluit super miseris eorum. Judic. 10.

Reprehensus David a Nathan propheta super excessum contra Uriam, & uxorem ejus, perpetratum peccatum suum humiliter confessus est dicens: Peccavi. Et audire meruit: Dominus transtulit peccatum tuum. 2. Reg. 12.

Humiliter quoque recognovit peccatum suum, & confessus est David, quando fecerat populum numerari, ita quod etiam obtulit se percutiendum loco populi innocenti. Et propitius est Dominus terra. 2. Reg. 24.

Dixit Nehemias: Confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi, & ego, & domus patris mei peccavimus. Vanitate seducti sumus. Et exaudivit dominus orationem ejus. Nehem. 1. 2.

Convennerunt filii Israel, & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum, & legerunt in volumine legis Domini Dei sui quater in die, & quater confitebantur. Nehem. 9.

Quamvis Tobias ab infantia Deum timuerit, & mandata ejus custodierit, tamen dicebat, humiliter recognoscens: Non egimus secundum praepcepta tua, & non ambulavimus sincere coram te. Tob. 3.

Dixi confitebor adversum me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Psal. 31.

Qui abscondit scelera sua, non digeretur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Prov. 28.

Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subicias te omni homini pro peccato. Ecl. 4.

Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis vivens, & sanus confiteberis. Ecl. 27.

Tres focii Daniels, qui ita sanctè inter Chaldaeos vivebant, & pro quibus Deus tantum miraculum faciebat in fornace, nequaquam contra Dominum murrurabant, quasi injustè talia paterentur, sed dicebat Azarias: Peccavimus, inique egimus. Dan. 3.

Orans Deum Daniel, confitebatur peccata sua, & populi, dicens: peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, &c. Dan. 9.

Sextus illorum septem fratrum mori incipiens, ait: Nos enim propter nosmetipsos haec patimur, peccantes in Deum nostrum, 2. Math. 3.

Veniebat ad Joannem Baptistam omnis Judaea, & omnis regio trans Jordanem confitentes peccata sua, &c. Matth. 4.

Christus Leproso mundato dixit: Vade, & ostende te sacerdoti, & offer manus, quod praecipit Moyses, in testimonium illis: & hinc figurabatur confessio. Matth. 8.

Filius prodigus ad patrem reversus dixit: Pater peccavi in caelum, & coram te, &c. Luc. 15.

Latro quoque in cruce Christo confessus est, & veniam meruit. Luc. 23.

Lazaro suscitato, dixit Christus Apostolis; Solvite, & si-
nite abire, Joann. 11.

QUE, QUALIUM, CONFESSIO propria
Peccatorum in genere,

Apud Lacedaemonios, si quis in peccato deprehensus fuis-
set, is cogebatur aram quandam, quae erat in urbe, circumire,
ac vituperationem interim in se ab arte compositam canere:
quod nihil aliud erat, quam seipsum sua voce oburgare. In-
geni pudore, & laudis amore melius dicuntur ad honesta
virgis, aut flagris caedi, servile est. *Plut. in Lacon.*

NE RO Caesar filius fuit Domitii Enobarbi scelestissimi viri,
& Agrippinae Germanicae filiae, tam infelici genitura editus in
lucem, ut pater Domitius, ex se, atque Agrippina nihil quic-
quam nisi detestabile in perniciem reipub. posse nasci aperte fa-
teretur. *Suetonius.*

Ignorantia.
Consule Tit. Regum Es. Senum, qui discere non erubuerunt,
ignorum, qui a servis aut pueris didicerunt.

Ovidius 3. de Pent. de seipso sic scribit:
Ipse ego librorum video delecta meorum,
Cum sua plus iusto carmina quisque probet.

Imprudencia.
M. Cato major, iam senex trium per totam vitam se penitere
dixit: si mulieri a cana sua detexistet: si mari profectus esset,
quo terrefacti inire eundi facultatem habebat: si per negligenti-
am diem frustra elabi permisisset. *Fulg. 1. 7. c. 2.*

Invidia bellica.
Agesipolis Pausaniae filius, cum quidam dixisset, ipsum
cum rex Spartanorum esset, cum aequalibus suis fuisse obse-
dum, non liberis, aut uxores coram: Et quidem non injuria,
inquit. Par enim est, ut & nos nostra strata feramus. Indicans,
si quid calamitatis in bello accidit, plerumque ducum impruden-
tiam fieri: par igitur esse, ut delicti poenas etiam dent pra-
eceptoris. *Plut. in Lacon, Apophth.*

PERSEUS philosophus ab Antigono profectus fuerat imposi-
tus Acrocorintho, quam dum Aratus Sicyonius oppugnat,
evasis Cenchreas. Huic post perhibetur inter disputandum di-
centi, Solium videri sibi sapientem esse ducem, respondisse.
At ne hercule id mihi quoque ex Zenonis praecipis quondam
in primis placuit. Nunc mutavi sententiam, ab juvene Sicyo-
nio correctus. *Plut. in Arato.*

M. Ter. Varro, L. Pauli collega, cui se fenatu gratiae actae,
sunt post Cannensem eladem, quod Remp. non deseruisset,
non vitae cupiditate, sed Reip. amore se superfuisset, reliquo
aetatis suae tempore approbavit. Nam & barbam capillumque
submisit: & postea nunquam recubans cibum cepit: hono-
ribusque, cum ei deferrentur a populo, renuntiavit: dicens,
felicioribus magistratus Reip. opus esse. *Front. 1. 4. c. 5.*

Calliditatis.
Recepit Fabius Maximus Tarentum a Prens nocturna pro-
dione, qua arte fuerat ab hoste captum. Urbis igitur aliena-
tione ad Annibalem delata, Tarentum (dixit) amissimus, ea
arte, qua ceperamus. *Sab. lib. 9. c. 11.*

Intemperantia.
SERAPION Abbas, juvenis adhuc sub Theona praeposito,
edacitatis morbo tentatus, post nona refectioem paxima-
cium furto sublatum vesperi latenter comedere confueverat.
Sed tandem conscientiae stimulo agitur, coram Abbate pro-
stratus, peccatum confitetur, & cum penitentiae merore
D veniam exposcit. Vix dum verba finierat, & flamma de sinu
gignit, in quo paximacia recondere solitus erat, & promicans,
intolerabili foetore cellam, in qua erant, replevit. Ille nun-
quam postea tali edendi aviditate se pulsatum sensit. *Marul.
lib. 4. cap. 11.*

Ambitionis.
ZENOBIA Palmyrenium regina ab Aureliano Augusto ca-
pta, & interrogata, qua te tretra, quare se Romano Imperato-
ri ausa esset? respondit: Te, qui vincere scis, Imperato-
rem agnosco: sed Galienum, Aureolum, atque alios iis si-
miles, nunquam Imperatores duxi. Itaque si optatis meis for-
tuna respondisset, Imperii confors, & socia tibi esse volebam.
Fulg. lib. 6. c. 4.

Iracundia.
Claudius Caesar, irae atque iracundiae confcius sibi, utrumque
ex cusavit edicto: distinxitque pollicitus alteram quidem bre-
vem, & innoxiam, non habens alteram, sed in facie scrip-
tura acerbillimi domini: mater autem ex lupanari, nimirum
quam hujusmodi ducebat. *Suetonius.*

Iracundia.
ATTILA Hunnorum rex, e pugna Catalaunica veniens,
everfurus reliquas Galliae civitates, interrogatus a D. Lupo
Troje antistite. Quisnam esset, quitor regibus devictis, cum-
sta vi sibi subderet. Ego, inquit, sum rex Hunnorum, flagel-
lum Dei. *N. Olaus c. 9. in Attila.*

Morsificatis.
Edito Atheniensibus oraculo, unum esse in urbecivem,
qui omnium sententis repugnat, ibi quaestionem decernentibus
Atheniensibus, qui ille esset, frementicibusque: Phocion
esse cum edidit. Soli namque sibi, quae vulgus agat, & di-
cat non probari. *Plut. in Apophth.*

Incredulitatis.
Pater pueri lunatici. *Vide exempla S. Scripturae.*
Injuria cujuscumque.

Filii Jacob, patriarchae, decem numero, in Aegyptum pro-
fecti, cum pro exploratoribus in vincula conjecti essent a Jo-
seph Aegypti praefecto, fratre ipsorum, quem viderant, ne-
que cum cognoscebant: coeperunt inter se dicere, in cas angus-
tissimos se redactos ob impietatem erga fratrem Joseph commis-
sam: atque ad eos Ruben testabatur, eos se felices, ne id scelus
in puerum committerent, sibi non obtemperasse: nunc fan-
guinis illius poenas expecti. Sic semper conscientia improborum
regit. *Gen. 42.*

Semei Ger. F. qui Davidem exulem gravissimis calamitatibus
affecerat, eidem in regnum reducto, cum mille Beniamitis ob-
viam primus ex Josephidis factus, supplex veniam petit, pec-
catum suum fassus. David ei ignovit, & Absai cum ulcisci vo-
lentem, contulit. *2. Reg. 19.*

AGAMEMNON, rex a Nestore in convivio oburgatus, quod
Achilli Briseida eripusset, eaque injuria a Graecis heroem ab-
alienasset: sumum fatetur peccatum:
A. J. idilio 4. p. 104, 105, 106.

Adversus, id est adversus.
Sed & satisfactionem pollicetur:
A. J. idilio 4. p. 104, 105, 106.

Cum Herodes Judaeorum rex multa contra Patres mores in-
stitueret, anno regni ejus xlii. decem civos conjuraverunt,
sicque vestibus abscondentes in theatrum profecti, sperabant
aut ipsam regem, aut certe multos ex aulae ejus opprimen-
dos. Quidam vero ex his, quos Herodes ad perferendam, &
indicanda talia disposuerat, regi theatrum ingressuro insidias
aperit. Ergo in regiam se recipiens, non nominat conjuratos ac-
cessit. Qui comprehensi in facinore, nihil insidiat, interito
vultu feras protulerunt, profitentis se recte, ac pie conjura-
se, non propter privatos affectus, aut sui commodi gratia, sed
pro disciplina publica, quam nemo bonus violaret, ne morte
quidem sibi intentata, sustineret. His didis magna confiden-
tia, a regis abduci, per omnes cruciatus necati sunt. *Joseph.
lib. 15. c. 11. Antiq.*

Promiserat quidam Ambrosio Pareo felicissimo chirurgo
quinos aureos, si catharticum oculos obfidentem detrahe-
ret. Accepta conditione, Pareus, cum ex voto successisset
operatio, prolatis chirothecis, eoque spectaret, interro-
gat. Tum aeger, pretii retinendi cupidus, nihil dum lucrum sibi
videri profectus est. Dolo animo verso Pareus, quasi rectius
operaturus, pelliculam non minori, quam detrahit, detra-
hite reducit, oculumque de integro inumbat, & ex habes,
inquit, tux improbitatis condignum premium. Tum aeger,
exclamans, vidisse se probe, erroreque confessus, non prius
sanitati restitutus est, quam viro, aliquo lucro fordido mi-
nime intentu duplicatum pretium condidisset. *Culiel. Argu-
si Hippocrate.*

Ignobilitatis.
Agathocles Siciliae tyrannus, ignobilitatem generis aperit
facebat, abacumque suum scitibus tantum instrucebat, esse
Ausonio.

*Querenti causam, respondit: Rex ego qui sum
Sciencia, sigulo sum genitore fatus.*
*Fortunam reverenter habe, quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco.*

Bion genere Borythenites fuit. Cum ab illo rex Antigonus
sciscitaretur:
αὐτὸν πῶς εἶς ἀνδρῶν, πῶς τοὶ πόλις, ἰδὲ κτήεις:
Ede tuum nomen, patriam, genus, atque parentes:
sentiens se ab aliquo traductum fuisse apud regem, sic respon-
dit: Pater quidem meus liberatus fuit, umbro se tergens (signi-
ficabat autem, illum succidiam, & lardum vendere solitum)
Borythenites genere, non habens faciem, sed in facie scrip-
tura acerbillimi domini: mater autem ex lupanari, nimirum
quam hujusmodi ducebat. *Suetonius.*

Inferlicitatis.
Saturninus, unus ex xxx. Tyrannis, cum ad imperandum a
militibus traheretur, tam vere quam graviter ad suos dixit:
Nescitis, amici, quid mali fit imperare. Gladii, & tela nostris
cervicibus impendent, imminet haec undique, undique spi-
cula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non
cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro
judicio, non arma pro studio. Adde, quod omnis aetas in Im-
perio reprehenditur. Senex est quispian, inhabilis videtur:
B. L. Theat. vit. Human. Tom. 11.

rem publicanorum committens, cum tota domo venundatus
A. est. Me adolefcentulum haud ingratum orator quidam emit-
tis mortens, mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipsius exurens,
Athenas concessi, ibique philosophatus sum.

*Taliter vivemus, utraque pariter ad vitam. hoc est:
Hujus me esse patris, generis me glorior hujus.*
Augustus Caesar nihil amplius, quam quaeque familia ortum se
scribit, veteres, ac loquente, & in qua primus Senator pater suus
fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat Restio-
nem, ex pago Thurino, avum argentarium. *Suet. in Aug.*

VESPASIANUS Imp. factus, mediocritatem pristinam neque
dissimulavit unquam, ac frequenter etiam praeferebat. Quin &
conantes quosdam originem Flavii generis ad conditores Rea-
tonis, comitemque Herculis, cujus monumentum extat via
Salaria, referre, irritis ultro. *Sueton.*

VILLEGISUS archiepiscopus Moguntinus XXXIV. patre
rhetario natus, & ab Othone III. Imp. primus in Electorum
numerum cooptatus: ne superbia efferreretur, assidue secum
recolebat. Quis sis, qui fueris, memento. Ideoque in parietibus
sui oratorii rotas depinxit, ac suspendit, hac inscriptione:
Villegis, prioris tuae fortunae memor, qui nunc sis, considera.
Naucler. G. G. G. Brunsvicius de Episcopatu.

Benedictus XI. Pp. cum humili genere natus esset, ad sum-
ma proventus, non erubuit paupertatis suae primordia. Mater
ejus, dum adhuc inter monachos ageret, fratris vestimenta
abluat. Jam pontifex factus, illam voluit in urbe videre,
justitiae adeste. Ubi venit, matronae illam, ut pontificis ma-
trem, fumnis honoribus exulcrant, vestibus exornantes, pro
magnificencia suum principatum in filio. Productam in conspe-
ctum pontificis, pontifex agnosceret dissimulavit: Ego, in-
quiens, matrem in illo ornameto non agnosco, non eam ta-
lem reliqui, averfucose, fecit cunctos, qui honoris illam gra-
tia deduxerant, erubescere. Exeuntes autem, pannos exu-
vias mulieri reddidere, & ita redierunt. Tum amplexatus
genitricem: In illo, inquit, vestium apparatus matrem reli-
qui, sic recipio: meum nunc fuerit, genitricem cohonestare.
Sed non diu superstit. Hic est ille, qui Perusii sibi sedem
destinavit, cum Ecclesiam suam suorum in sublime extulisset,
meditatus palatium pontificale de super construere. Sed
expleto vix anno, & paucis diebus, concessit in fata, defun-
ctus, ac tumulatus in eodem loco, in conventu fratrum suorum
Pradicatorum, Perusii. *Crantz. l. 8. Metrop. c. 46.*

Magnus Sorecia, cum a Sergio magno regni Neapolitani
Senefchalcho exprobrandam generis novitatem lignosis fa-
bula oblectaretur: In hoc, inquit, Storcia, uti video, stir-
pibus origine pares sumus, cum Adam mortuum primus ter-
ram & ipse foderit. Sed ego certus, quod iure diliteri non
potes, illo meo ligno multo nobilior evasi, quam tu tuo pe-
ne, & penna. Quo socommate lepidè admodum hominem
transiit: cum in eo tanta, cum invidia dignitatem stupro
quamitam, & patrem ejus ad Pratoris tribunal, ignobilem
scribam, adulteratoque testamento falsi damnatum, scitissime
notasset. *Jovius in vita d. 1.*

Matthaeus Schinerus infimoloco inter Vallefanos natus,
Bernae Helvetiorum studii operam dedit puer, victum ostia-
tum emendicans. Posteaquam vero fortunae ludibrio ad Car-
dinalatum evehitus est, & veluti bellorum arbiter pro Maximi-
liano Imp. contra Gallos gentem suam concitavit: accidit,
ut Bernam legatus Pontificis nomine veniret: accidit,
ut hospita sua, & hospitio inquires, ubi illam adhuc supereffe
cognovit, tugurium ejus pontificis aulae ornari, pontificalis
D coena apparatus omnem eò deserti iussit. Ipse post paulo
subsecutus, cum principibus civitatis, vetulam suo affidere
lateri iussit, nec alio quam quo olim consueverat nomine ab
illa appellari voluit. Descendens inde, omnem ei supellestem
habendam permisit, & pro veteri hospitio ducentos aureos per
dispensatorem suum numerari curavit. Quae humanitas illi
mitificè civium omnium animos conciliavit. *Simonis Sulzeri
Bernatis Aeterna.*

Inferlicitatis.
Saturninus, unus ex xxx. Tyrannis, cum ad imperandum a
militibus traheretur, tam vere quam graviter ad suos dixit:
Nescitis, amici, quid mali fit imperare. Gladii, & tela nostris
cervicibus impendent, imminet haec undique, undique spi-
cula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non
cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro
judicio, non arma pro studio. Adde, quod omnis aetas in Im-
perio reprehenditur. Senex est quispian, inhabilis videtur:
B. L. Theat. vit. Human. Tom. 11.

in minus, inest furor. Jam quòd, Imperatorem me capitis, in
necessitatem mortis me trahitis. *Spartiam.*

Cladis bellica, Adversa pugna.

Porus Indorum rex, ab Alexandro victus, in posterum nun-
quam se regem appellari sustinuit. *Alex. ab. Alex. l. 2. c. 19.*
Victrix Pyrrhus rex ingeni praelio Romanos, contigitque
victoria illa regi non incurrua, parte multo maxima victimum
copiarum caesa, aut graviter affecta. Tum Pyrrhus confcius
sibi cladis eo praelio acceptae; Perii, inquit, si iterum Roma-
nos vicero, *Sabell. lib. 9. c. 11.*

Amicitia labefacta.

LYSANDER, cum ei infensus Agesilaus esset, conseretur ta-
men ex gloria maxima apud cum auctoritatis esse, non est ve-
ritus apud eos, qui ipsam appellabant, excusare se, jubere-
que, abire ad alios, qui plus apud regem possent. *Plut. de
Immodica veteranda.*

Malorum suorum, aliorumque, Jocos.
Quere in loco de Urbanitate.
QUI. SIC CONFITENTUR
Mala sua.
Sacrificios.

D. Augustinus vir doctiss. & sanctissimus, exemplo, quo
pauci veterum rarissimi nostrae aetatis imitantur, Confessio-
num, & Recognitionum libros scripsit.

Reges, Imperatores.
Philip. Imp. qui Gordianum dolo circumvenit, cum in ip-
sis vigiliis Paschae sacris interesse, & communicare mysteria
veller: ab Antistite loci non prius admittus est, quam confite-
teretur peccata sua, & inter penitentes staret, penitentiam-
que pro peccatis acceptaret. Quod cum a sacerdote ei fuisset
imperatum, ipse rebus atque operibus fidei religionis plenissi-
mè comprobans, metum divinum testatus est, ac mysteria
sacra percepit. Ob id plurimè narrantur ab Origine ad Philip-
pum, & matrem epistola scriptae: item & ad uxorem ejus, ab-
que ullo adulationis fuce, quibus ad Christianam pietatis cul-
tum eos hortatur. Opera Fabiani pontificis, cum filio, & con-
juge baptismate insignitus, primus Caesar nomen est professus
Christi. *Cuspinian.*

Valentinianus Imp. lenior, cum ab Ambrosio nuper in G
Episcopum Mediolanensem assumpto reprehenderetur, quod
pratoribus suis nimium concederet, respondit: Nota mihi
tua fuit libertas, quamobrem & electionem tuam adjuvi: as-
fer ergo medicinam delictis animarum nostrarum. *Theodorosus
lib. 4. cap. 7.*

Joannes Zimifces, caeso Nicephoro Phoca Imp. cum ma-
gnam Ecclesiam accepturus coronam peteret, a Polyucto
patriarcha prohibitus, tanquam caede pollutus; placide illud
ferebat: factus auctores caedis Imperatoris Amalantem, Leo-
nem & Aziphothron, Theophania regina procurante. Jus-
tus itaque percussores regia pellere, atque exilio damnare unà
cum regina, ac edictum contra praesules rescindere, (Nice-
phorus enim Episcopos, qui edicto subscribere noluerant, quo
cavebatur, ne quis sine eo Antistes crearetur, in exilium ex-
pulerat) & quas privatas opes possideret, egenis distribuere.
Cum omnia ea praestitisset, natali Christi diademate corona-
tur, & Imp. publicatur. *Cassp.*

Ludovicus undecimus, qui timidior erat a natura, ne quid
de iis, quos metuebat, diceret, diligenter cavebat: cuiusque
per intemperantiam linguæ detrimentum aliquod accepit-
set, agnovit culpam, & conversus ad eum, quem offenderat:
Non me laet, inquit, obfuisse mihi linguam, sed & profuit
aliquando. Nunc autem, ut quod illa peccavit, emendem,
aequum est: ac simul, cum ad eum modum familiariter age-
ret, donum aliquod dabat non contemendum. *Publ. Gomin.
1. Hist.*

Consules.
Missis sub jugum duobus Coss. exercitibus ad furcas Caudi-
nas a Samnitibus, creati novi Coss. Q. Fab. Philo, & L. Papy-
rius Cursor, de pace Caudina ad Senarum retulere. Ibi Sp.
Posthumius Coss. hujus pacis auctor, fuisse, ut ipse, & collega
T. Veturius, quando populum Rom. sua spontione obstrin-
gere nequiverunt, nudis, vincitque hostibus dederunt, confici-
berentque consules exercitum, copias sinibus hostium admo-
verent: nihilque prius gererent, quam sui deditio rite facta
esset. Consilium secuti patres: eductae legiones, Samites
victi, Luceria capta. *Sab. lib. 5. E. n. 4.*

2

Medici.